Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



cū reliquis vbi. Cap. ⁊ oro dnical'. Ymnus.

ECce iam noctis tenuatur umbra lucis aurora rutilans coruscat: nisibus totis rogitemus omnes cuncti potentem. Ut deus nostri miserans omnem pellat languorem tribuat salutem: donet et nobis pietate patris regna polorum. Arrisit hodie nobis deitas beata patris ac nati pariterque sancti spiritus cuius reboat in omni gloria mundo. Amen.

Ps. Immitis domine. vsque. Cantica Zacharie.

BEnedictus dominus deus israhel. quia visitauit et fecit redemptionem plebis suae. Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris: ⁊ de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit adabraham patrem nostrum: daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi. In sanctitate et iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: praibis enim